UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

& in d.l.cætera non procedit, quando lis non penderet, & ſic eſſemus in caſu, in quo innouare prohibitũ non eſſet, ſecus ſi lis penderet, & in præiudiciũ partis innouare interdictum eſſet, nam ex quo demoliẽdo, & transferendo quis diceretur innouare, ut probatũ fuit, non poſſet quis lite pendente de una ſua domo, ſeu de uno ſuo ædificio ornatum detractum ad aliud transferre. ¶Tertio principaliter non obſtat, d.l. ſi quis poſt, C.de ædif.priua. quia in primis dici poteſt, ſ dictum ibi procedere, quãdo ille, qui trãsferre, ſeu amouere uellet, eſſet ſolus dominus, & poſſeſſor, ſecus ſi alius ius in re, ſeu cõionẽ aliquam haberet maximè reſpectu dominii, & poſſeſſionis, ut dictũ fuit. Secundo dico textum in d.l.ſi quis poſt. habere locũ, quando de ædificio labenti, & diruto priuato, & ſic de ædificio, & ædibus priuatis dirutis, & labentibus dominus uellet transferre ad ornatum alterius ædificii priuati poſiti in alia ciuitate, ut ibi clarè colligitur. Secus ſi ex loco publico unius ciuitatis, ut ex mœnibus, & muris unius caſtri, & oppidi, quæ dicuntur eſſe publica, & ſacra, ſicut mœnia ciuitatis, ut habetur in l.ſancitum, §. in municipiis, & in l. ſacra. §. muros.ff.de rerum diuiſ.quis uellet detrahere, ut ad reparationem, ſeu ornatum alterius ciuitatis, uel loci transferret, nã hoc dicitur prohibitũ ex ſacris conſtõnibus, & ex diſpõne ſenatuſconſulti, ut eſt tex.qui ita declarat, & diſtĩguit in d.l.cætera, §.ſed uideamus ff.de leg.1.Tertio non procedit.d.l.ſi quis poſt, quando demolitio, & detractio, ſeu translatio fieret ad æmulationem alterius, ſeu poſſet materiam ſeditionis præbere, ut in d.l.opus nouum. quia abſq; autoritate principis, hoc eſt Papæ uel Imperatoris, de cuius præiudicio agitur, non põt hæc demolitio, & trãſlatio fieri, ut eſt tex.in l.nemo, C. de oper.pub.iunctis iis, quæ ponit Bar.in l.fi.ff.de colleg.illici.& l.de operib.& ibi gl.ff.de oper. publi. Quarto, d.l. ſi quis poſt. non procederet, quando demolitio, & translatio de una ciuitate, ſeu de oppido ad aliam ciuitatem fieret cum magna deformatione, & decoloratione, ut eſt tex.in d.l.2. C.de ædif.priua. ¶Non obſtat ultimum motiuum, quia ex prædictis reſponſio colligitur, nã ex decreto, & autoritate ſummi principis, puta Papæ, uel Imperatoris, ad cuius æmulationem, & ſeditionem deſtructio, & demolitio redũdare poteſt, muri municipales, ſeu ciuitatis demoliri, & deſtrui debent, ut eſt tex.cum gl.in d.l.de operibus.cũ d.l.opus nouũ.Præterea Alphonſus dux nõ eſt loco principis, cũ fuerit omni iure, & feudo priuatus, ut ex proceſſu conſtat.Vel aliter pro reſponſione dici poteſt, ut infertur ex prędictis, quæ breuitatis cauſa non repeto. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrum quando executionem ſententiæ, uel inſtrumenti impediat, & quando non.*

2 *Lite pendente nihil eſt innouandum ad præiudicium illius, qui eſt in poſſeſſione, uel quaſi.*

3 *Cauſa nullitatis, reſtitutionis, & appellationis quomodo habeat effectum ſuſpendendi.*

4 *Poſſeſſorem, uel quaſi in ſua poſſeſſione manutenere, etiam appellatione pendente ad iudicem, etiam à quo ſpectat, & n.7.*

5 *In præſtationibus, ſeu ſolutionibus annuis, & perſonalibus dari quaſi poſſeſſionẽ, in qua quis etiã lite pendente eſt manutenendus, et pro qua poſſeſſorio agi põt, demõſtratur, et quãdo poſſeſſorio reſtituendæ, et quãdo retinendæ in his agi poſſit.n. 6.et 9.*

6 *Poſſeſſorium retinendæ ad quid, & cui detur.*

7 *Poſſeſſor, uel quaſi eſt in illa poſſeßione, uel quaſi tuendus, in quo tempore litis motæ reperitur.*

8 *Poſſeſſorio retinendæ agens ut obtineat, quid requiratur.*

9 *In præſtationibus, & ſolutionibus annuis quomodo quis ſua quaſi poſſeſſione priuetur, ut poſſeſſorio reſtituendæ agere poſſit.*

10 *Pro iuribus, & illorum quaſi poſſeſſione competit etiam utile interdictum uti poſſidetis.*

11 *Poſſeſſorio reſtituendæ agens non obtinet, niſi probet ſe ante litem motam fuiſſe ſua poſſeſſione, uel quaſi ſpoliatum, & priuatum.*

12 *Clauſula ſuper quibus omnibus, & ſingulis &c.in petitione generali adiecta quid operetur.*

13 *Reſtitutio in integrum aduerſus contractum nõ datur eccleſiæ poſt quadriennium à die celebrati contractus.*

EPITOME.

NVLLITATIS, & reſtitutionis in integrum cauſam non impedire in caſu huius conſilii executionem inſtrumenti.

Et in præſtationibus, atque ſolutionibus annuis etiam merè perſonalibus dari quaſi poſſeſſionem, & pro illa poſſeſſorium competere ſiue reſtituendæ, ſi illæ fuerunt petitæ, & denegatæ, ſiue retinendæ, ſi mota lite tantum denegentur, hic clarè demonſtratur.

CONSILIVM CXIX.

IN cauſa monialium ſancti Petri martyris, quibus per decem, & uiginti annos, & ultra ſolutæ fuerunt penſiones, ac præſtationes annuæ librarum trecentarum à monialibus S. Margheritæ occaſione relaxationis quorundam bonorum ſtabilium, quæ ex inſtrumentis tranſactionis, & compoſitionis inter eas factæ per moniales dicti S.Petri martyris fuerunt pręfatis monialibus Sanctæ Margheritæ relaxata, contingit de duobus dubitari, primo, an cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrum ſuper inualiditate dictorum inſtrumentorum, & ſuper reſtitutione in integrum mota, & per reſcriptum apoſtolicum commiſſa Reuend. do. Aſcanio Auditori executionem dictorum inſtrumentorum impediat adeò, quòd illa pendente, moniales Sanctæ Margheritæ non poſſint cogi ad ſolutionem dictæ annuę penſionis, ſeu præſtationis. Secundo, an dictæ moniales Sanctæ Margheritæ poſſint reſtitutionem in integrum aduerſus dicta inſtrumenta petere. Et quoniam res coram doctiſſimo uiro agitur, & ueritas in paucis conſiſtit, breuiter, quid iuris eſſe mihi uideatur, dicam. ¶Circa primum reſpondeo, quòd pendente huiuſmodi cauſa, moniales Sancti Petri martyris manutenendę ſunt in quaſi poſſeſſione percipiendi à monialibus Sanctæ Margheritę dictas annuas penſiones, & præſtationes, prout antè litem motam ſolitæ erant
1 percipere, & ad hoc in primis moueor, nam† quanuis aliàs cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrum per uiam exceptionis oppoſita impediat executionẽ ſententiæ, ſeu inſtrumenti, l.4. §. condemnatum, & ibi Doct. communiter de re iudic. & clemen. 1. eod. tit. tamen quando cauſa nullitatis, ſeu reſtitutionis in integrum requireret altiorem indaginem, non impedit executionem, quæ fieri debet, & deinde nullitatem, ſeu læſionem prætendens debet principaliter agere, ut uoluit Barto. quem Doctor. communiter ſequuntur, in d.§. condemnatum, & ibi plenè per Alexan. & faciunt etiam ea, quæ habentur per Imol. in l.ab executore, ff.de appellatio. Sed in caſu noſtro cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrum requirit non modo altiorem, ſed etiam altiſſimam diſcuſſionem, & indaginem, & celeriter probari, ac expediri non poteſt, ſecundum quod cauſa dicitur poſſe celeriter expediri iuxta not.per Barto. & Alexan. in d.§. condẽnatum circa fina. & in l.2. C. de edic.diui Adri. tollen. cum aliis ſimilibus, ergo &c ¶Secundo nunquam nullitas, ſeu reſtitutio in integrũ principaliter petita impedit executionẽ ſentẽtiæ, uel inſtri, c.cum

in iure de offi.delega.& ibi omnes poſt gl. magnam,
Ang.& Doct. cōiter in d.§.condēnatum.Sed monia-
les ſanctæ Margheritæ impetrarunt reſcriptum à Pa-
pa principaliter ſuper nullitate,& læſione,& ɔ̄ñr ſu-
per reſtōne in integrū dictorū inſtr̄orum,& principa
liter de illorum nullitate dictum fuit,& principaliter
reſtitutio in integ. petita fuit,ergo ex hoc non debet
executio dictorum inſtrumentorū retardari. ¶ Ter-
tio diſputatio, quæ fit,an nullitas,uel reſtitutio in in-
teg. impediat executionem inſtrumentorū, uel ſen-
tentiæ,procedit,quando res eſſet integra, & eſſemus
ab initio, quia nondum fuiſſet inchoatum inſtr̄um
exequi, ſed illius,uel ſententiæ executio ab initio pe
teretur, & ad illam retardandam opponeretur nul-
litas,uel reſtitutio in integrū & ita doc.in locis præal
legatis loquuntur.Secus ſi ex poſt facto per plures,&
plures annos, & ſæpius contenta in ſententia,ſeu in-
ſtrumento fuiſſent adimpleta,ut quia in inſtrumēto,
uel ſententia aliquid annuatim ſoluendum contine-
retur,& id ſæpius fuiſſet liberè, & abſq; aliqua exce-
ptione ſolutum, nā ſi poſtea opponatur nullitas, ſeu
petat̄ reſtitutio in integrū ob hoc executio, & ſolu-
tio ſolita impediri, & retardari non debet, ſed credi-
tor,& ille,cui erat ſoluendum,manutenendus,& cō-
ſeruandus eſt in eo ſtatu, in quo erat antè, quàm qō
nullitatis,ſeu reſtitutionis in integ moueretur: quod
probo,nam † lite pendente nihil eſt innouandum ad
2 præiudicium illius, qui erat in poſſeſſione,uel quaſi,
c. 1.ubi caſus, & ibi glo.in uer.crucem, quæ multa al-
legat, & ibi Doc.ut lite penden. Præterea † cauſa nul
3 litatis, ſeu reſtōnis in integrū habet effectū appella-
tionis in ſuſpendendo,nam ſicut appellatio ſuſpēdit
effectum ſententiæ,ut exequi nequeat,ita cauſa nul-
litatis,& reſtōnis ſuſpendit,ut impediatur effectus in
ſtrumenti,ſeu ſententię per notata per glo.& Barto.
in rubr.& in l.2.C.de in integ.reſtitutio.& l.ſi ex cau-
ſa in uer. ſuſpenſam. C. de tranſactio. Sed quamuis
appellatio ſuſpendat, ut nihil de nouo fiat, & exe-
cutio de nouo fieri non poſſit, ut per totum, ff. &
C.nil noui appella. penden.tamē non impedit, quin
debeat quis manuteneri in eo ſtatu, & in illa poſſeſ-
ſione, uel quaſi, in quo, ſeu in qua erat antè appella-
tionem interpoſitam, ut eſt gl.Io.And. Dominic. &
alij in c.non ſolum de app.in 6.in glo.magna.uerſic.
dic tamen ſecundum. Quinimmo † ad offi. iudicis
4 etiam à quo ſpectat manutenere poſſeſſorē,uel qua-
ſi,in ſua poſſeſſione,uel quaſi,c.cum teneamur,ibiq;
glò.Abb.& alij de app.ergo idem de cauſa nullitatis,
& reſtōnis eſt dicendum.¶ Nec obſtat, ꝙ in caſu no-
ſtro non datur quaſi poſſeſſio,& ꝙ moniales S. Petri
martyris nunquam fuerunt in aliqua quaſi poſſeſſio
ne percipiendi penſiones illas, & præſtationes an-
nuas,nam & ſi pro aliquibus annis fuerit ipſis ſolutū,
ut probatum fuit, non tamen propter hoc dicuntur
fuiſſe,uel eſſe in aliqua quaſi poſſeſſione maximè re-
ſpectu penſionum futuri temporis: & præſtationes
perſonales, quales ſunt iſtæ,non faciūt, nec cōſtituūt
aliquā quaſi poſſeſſionē, ut habetur per doct.cōiter
in l.certis annis.C.de pact.& in l.cum de in rem uer-
ſo,ff.de uſu.Quia reſpondetur, † ut in terminis merè
5 noſtris còlligitur ex ijs, quæ uolunt Innoc. do.Anto.
Cardi.& Abb.qui benè loquitur in notabilibus, & in
glo.circa fin.in c.quærelā,ubi de hoc eſt caſus,& glo.
de electio.& in c.peruenit,ibiq;gl. & doct. de cenſib.
ꝙ in his penſionibus,& præſtationibus,quæ ab eccle-
ſia præſtantur eccleſiæ auctoritate ſuperioris,eſt dare
quaſi poſſeſſionem, propter quam dantur remedia
poſſeſſoria,& in qua quaſi poſſeſſione quis, ut eccle-
ſia etiam lite pēdente debet manuteneri, & nulli du-
biū,ꝙ ſi illæ penſiones,ſeu præſtationes annuæ ſoluū

tur reſpectu certorū bonorum, ut eſt in caſ
& non reſpectu perſonæ, uidelicet ꝙ ſolum p
ſit ſimpliciter obligata, tunc in illis datur q
ſeſſio, pro qua quis pōt poſſeſſorio agere, &
ut in illa conſeruetur,ut in d.c.querelam cū
& habetur per Deci.in conſi.137.ſi uerò perſ
pliciter ſolita ſit ſic annuatim ſoluere, nec a
ꝙ reſpectu aliquarū ꝑſonarū, hoc in caſu leg
ter dicunt non dari quaſi poſſeſſionem in h
ſtationibus,ſicut perſona libera poſſideri dic
Sed Inno.do.Ant.Card.& alij canoniſtæ ma
ter contrarium tenent per text. in d.c quere
opinio legiſtarum procederet in præſtation
penſionibus perſonalibus debitis inter priua
culares,opinio uerò canoniſtarum in penſion
præſtationibus debitis ab eccleſia eccleſiæ au
te ſuperioris,& hic eſt caſus noſter. Vel ut Ab
declarat in d.c.querelam, in his præſtationib
penſionibus annuis eccleſiæ ab eccleſia de
tur quidam ſtatus,in quo quis eſt manuten
ad quem debet reſtitui, ſi fuerit illo priuatus
no.in c.nullus, 2.q.2. Et ſic apparet,moniale
Petri martyris eſſe in quaſi poſſeſſione per
dictas penſiones annuatim,tum quia deben
lutæ fuerunt habito reſpectu ad certa bona
bus ſanctæ Margheritæ relaxata,tum quia
præſtationes perſonales,debēt in illa qua
ne,& ſtatu,in quo,ſeu qua erāt, etiam lite p
conſeruari per prædicta. ¶ Sed dubium eſt,
ſeſſorium in caſu noſtro potuerit contra m
Margheritæ intentari,& intentatum fuerit
detur ſolum potuiſſe intentari poſſeſſorium
dæ,ſeu reintegrandæ,non autem retinendæ,
niales ſancti Petri martyris per denegation
tionis penſionis factam à dictis monialibus
gheritæ dicuntur quacunq; ſua poſſeſſione p
& iō non potuerunt agere poſſeſſorio retine
ſolum poſſeſſorio reſtituendæ,ut eſt tex.clarus
Inn.Hoſtiē.Ioan.Andr.Anto.Ioan. de Imol.H
Boic,Abb.& alij in d. c.querelam, & faciunt e
habentur per Alex.in l.cum hæredes col.2.ff.d
pol.Sed his non obſtantibus, contrarium puto
6 riſſimū,ꝙ † in hoc caſu etiam potuerit inten
ſeſſorium retinendæ, quod datur quaſi poſſid
tuendum illum in ſua quaſi poſſeſſione,ut in
& ibi Bar.in prin.& in §.2.& in l.1.in prin.&
7 uti poſſidetis.Nam præſuppono,† quod po
quaſi eſt in illa poſſeſſione, uel quaſi tuend
reperitur tempore,quo iudicium fuit inch
lis mota,quia lite pēdente, nihil eſt innoua
præiudicium poſſeſſoris, & lis quoad hunc e
dicitur per citationem partis pendere,c.1.&
docto.ut lite penden.iuncta clem. 2.eo.tit. Q
iudex à quo fuit appellatum, & cui per app
manus fuerunt ligatæ,pōt,ſi aditus fuerit,ma
re poſſeſſorem,uel quaſi in ſua poſſeſſione,c.
neamur, & ibi canoniſtæ de app.Item pręſupp
8 † ad hoc,ut agens poſſeſſorio retinendæ obti
tis eſt,ꝙ tēpore motæ litis, & cāæ fuerit in po
ne,ut uolunt doct.in c.licet cām de probatio
9 in l.1.in fi.ff.uti poſſidetis.His præſuppoſitis,
hoc,ut in iſtis præſtationibus, & ſolutionibus
quis ſua quaſi poſſeſſione priuari dicatur,nō
ꝙ debitor,& qui ſoluere tenebatur,ceſſauerit
res annos ſoluere,ſed reqritur, ꝙ lapſo term
in termino ſolutionis creditor petierit, & d
interpellauerit, ut ſibi penſiones debitas ſolu
beret, & is denegauerit,nam per huiuſmodi d
tionem qs dicitur ſua quaſi poſſeſſione priua
pter quā priuationem poſtea agi pōt poſſeſſo

nummis cum gloſſ. ff. de in lit.iuran. Qm̃ ad hoc eſt
animaduertendum, ꝙ illud, quod dicitur de ædibus,
quę fuerunt maiorum, non uidetur habere locum in
alijs reb. immobilibus.ut in prædijs, arg.eorum, quæ
habentur per Bart.in l.ſi domus in prin.ff.de legat. 1.
Præterea non uidetur ſufficere ſimpliciter, domum
fuiſſe maiorum ſuorum, niſi alia concurrant, quę ha
bentur in d.l.lex, quæ, ubi etiã conſideratur, ꝙ in do-
mo pater minoris deceſſerit, & minor in ea natus cre
uerit, & in illa maiorum imagines affixæ fuerint, quę
qualitates aliis rebus immobilibus, ut prædiis nõ cõ-
ueniunt, & propterea illa affectio, quæ habetur in do
mibus, non uidetur locum habere in aliis rebus, qua-
les ſunt uenditę in caſu noſtro. Rurſus intereſſe affe-
ctionis, quod eſt in domibus, & fortè etiam in aliis
rebus immobilibus, quę ſuorum maiorum fuerunt,
quamuis ſit conſiderabile quoad effectum, ut res hu-
iuſmodi in patrimonium minoris reuertãtur, & alie-
nari non debeãt, tamẽ non dicitur eẽ conſiderabile
quoad effectũ, ut ex hoc minor grauiter, & enormi-
ter lęſus dicat̃ ad effectũ, ut ſit in integrũ reſtituẽdus,
nam, ut iam dixi, ad dãdã reſtõnẽ in integrũ non ſu-
ficit intereſſe affectionis, quod non eſt pecunia ęſti-
mabile, ſed requiritur intereſſe pecunia ęſtimabile, &
tale, quod in ſe graue dãnũ pecuniarum cõtineat, ut
in d.c.1.de reſtit.in integ. & l.ſcio.ff.e. tit.cum aliis iã
allegatis. ¶ Alia quoq; rõne. Comes non debet reſti-
tui uirtute illi⁹ clę, ſi qua mihi iuſta cã uidebitur, qm̃
cũ in caſu noſtro reſtõ non poſſit cõpetere niſi rõne
ignorãtię, ut dicunt Bart. & alii in d.l. Aemilius, & in
d.l.2.C.ſi aduer.uend. & Alex.Sozi. & alii ab Alex.al-
legati in d.l. cum filius, §. in hac, ſequitur, ꝙ in caſu,
de quo agitur, reſtõ uirtute ignorantię dari non de-
buit, quia mater Comitis, quę remanſit tutrix, & cu-
ius tutelę tempore dictũ tempus quadriennij datum
ad redimendum finitum fuit, ipſa ſciuit hoc tempus
ex conuentione cum marito inita conceſſum fuiſſe,
ac etiam de illius fine notitiam habuit, ut mihi in fa-
cto præſupponitur: Quo fit, vt hæc ſcientia, & notitia
matris tutricis filio ſuo pupillo nocere dicatur, quia
† ſcientia tutoris, quę ſcientia pupilli cẽſetur, in quę-
rẽdis, pupillo nocet. ad tradita per Bar cum quo alij
magis communiter trãſeunt, in l.qui duos.q.2. & ter
tia cum ſequen. ff. de rebus dub. & ibi Sozi.q.5.arg.l.
non ſolum.§.1.ff.de libera.cau.l.ſi ex legati cauſa cũ
l.ſequen.ff.de uerb.oblig.l.ſequitur §.ſi pupillo ff. de
vſucap.& l.fi.C.de tuto.& cura.qui non ſatiſd. In hoc
20 † tamen erit ipſi Comiti ſuccurſum, ut is poſſit ordi-
nariè agere contra ipſam matrem tutricem ad dam
num, ſi quod ex hoc minor paſſus fuerit, non autem
reſtitui debebit, quia remedium ordinariũ facit ceſ-
ſare extraordinariũ reſtitutionis d. l. in cauſæ la 2.in
prin. Nec obſtat tex.in l.antepenul.& fin.C.ſi tut.uel
cura.interuen.cum l.cũ mandato in fi. ff. de minor.
Quia dicas, ut per Bar.qui in d.l.fin. diſtinguẽdo ſol-
21 uit. ¶ Nõ omitto id, † quod ait Bal.ĩ d.l.2. Aemilius
in lectura col. antep. quòd tranſmiſſio, quæ fit de cõ-
tractu in hæredem ẽt minorem, fit ſemper cum qua-
litatibus ipſius contractus, & ex perſona hęredis pri-
uilegiati, qualis eſt minor, uel eccleſia, ſoliditas, & na
tura contractus præcedentis nõ mutatur arg.l.2.§.ex
his.ff.de uerb.oblig. & ideò ſi tempus ex pacto in cõ-
tractu appoſitum in uita maioris contrahentis cur-
rere incœperit, & ad hæredem minorem tranſiuerit,
& finiuerit, debet cenſeri cucurriſſe abſq; ſpe alicuius
reſtitutionis, ſicut contra defunctũ contrahentẽ cu-
curriſſet, ut uidetur eſſe de mẽte Abb. in c.cõſtitutus
22 col.penul.extra de reſtit.in integ. ¶ Et † poſito, ꝙ hę
res minor eſſet aduerſus curſum illius tẽporis rõne
ignorãtiæ ex dicta clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa vi-
debitur, reſtituẽdus, ut dicebat Bart.in d.l.Aemilius,
tñ ipſe debuit, quã primũ notitiã de curſu, & fine illi⁹
temporis habuit reſtõnem infra modicũ tp̃s petere,
ut in d.l.ab hoſtibus in fi. cum l.ſeq.ff.ex quibus cau.
maio.ſm̃ ueram intelligentiam gl. & modernorum,
vt inquit ibi Bal.ſed dictus Comes poſt curſum illius
temporis, & poſtquã pubes factus fuit per plures an-
nos antè, quàm reſtõnem contra Lucianos peteret,
notitiam habuit de tempore, & illius fine, & ſtatim
reſtõnem nõ petiit, ſed illam diſtulit, ergo nõ debuit
audiri, quia nõ negligẽtibus, ſed neceſſitate rerũ im-
peditis ſubuenitur l.non. n. ff. ex quibus cau. maio.
23 ¶ Nec prædictis obſtat id, † quod dr̃ de hr̃de minore
emphyteotæ, aduerſus quẽ & ſi tp̃s biennij, uel trien-
nij, quod datur ad ſoluendũ canonẽ, cucurrerit, iuxta
l.2.C.de iure emphyt.& c. potuit de loca.tñ rõne in-
ſtæ ignorantię reſultantis ex eo, ꝙ in ius alterius ſuc
ceſſit, datur ei reſtõ in integ. ex clauſula, ſiqua mihi
iuſta cã videbitur, ꝑ Bar.in d.l.Aemilius. & hr̃ per gl.
& Scribẽ.cõiter in d.l.2.C.de iure emphyt.quia rñde
tur illud contingere, qm̃ ſumus in tempore, ſeu præ-
ſcriptione legali iuxta d.l.2. & d.c.potuit, in caſu aũt
iſto loquimur de tempore cõuentionali. Pręterea in
caſu illo agitur de graui præiudicio hr̃dis minoris, ꝗ
vtile dñium, & naturalem poſſeſſionẽ rei emphyteo-
ticæ ex ceſſatione biennij, vel triẽnij perderet: At in
caſu, de quo agitur, licet Comes non eſſet reſtitutus,
tñ non diceret grauiter lædi, nec damnũ pati, vt oſtẽ
ſum fuit, & ideo reſtitui nõ debuit. Et hæc quoad mo
tiua propoſita dicta ſufficiãt: In reliquis me remitto
ad illa quæ alij Clariſſimi aduocati ad fauorem Lu-
cianorum doctiſſimè, & egregiè dixerũt. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Minor hæres debet ratione ignorantiæ ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, reſtitui aduerſus ſolutionẽ & alia per eũ omiſſa, quæ ex pacto, & contractu defuncti facere tenebatur, & conſequenter aduerſus omnia, quæ ex hac omiſſione ſequutæ forent: & quando hoc ſit verum num.16.*

2 *Hæres minor tenetur ad pœnam, quæ ex promiſſione defuncti, iacente, hæreditate cõmiſſa fuit, ſed aduerſus eam reſtituitur, & quomodo, & quare num.17.*

3 *Minori cõtra venditionem rei ſuæ, quæ ex facto defuncti proceſſit, & initium habuit, & cum ipſo minore nihil geſtum fuit quomodo ſuccurratur & contra ſingularem ſucceſſorem, & contra alium, qui vendidit, & num.18. vbi id declaratur.*

4 *Minori hæredi vt ſuccurratur ratione ignorantiæ ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uidetur, aduerſus uenditionem factã, quæ proceſſit ex facto defuncti, quid requiratur, & quando ſic minori ſuccuratur, & num.6. & 7.*

5 *Verba ex nunc, prout ex tunc, & è contra in inſtrumento appoſita actum ad tempus facti inſtrumenti retrotrahunt.*

6 *Hæres minor ex capite ignorantiæ quando aduerſus id, quod ex facto defuncti proceſſit, ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur, reſtitui poſſit, & quando non, & num.7.*

8 *Per reſtitutionem in integrum ex clauſula, ſiqua mihi iuſta cauſa, non ſuccurritur etiam maiori in ijs caſibus, in quibus minori ratione minoris ætatis non ſuccurritur.*

9 *Reſtitutio ex capite ignorantiæ, & ex illa clauſula, ſiqua mihi iuſta cauſa uidebitur, abſque læſione, & damno reſtitutionem petentis non conceditur:*

10 *Idem eſt in qualibet reſtitutione:*

11 *Super pretio maioribus cõtrahentibus licitum eſt ſe inuicem uſq; ad dimidiam iuſti pretij decipere.*

12 *Minor ex capite ignorãtiæ non põt reſtitui, quãdo eius tutor ſciuit.*

13 *Reſtitutio in integrum per minorem petita aduerſus quem dirigi debeat, & an contra tertium, & ſingularem ſucceſſionem: & quæ in hoc ſit practica.*

14 *Reſtitutio ex capite ignorantiæ infra quod tempus petatur, & quando tempus illud currere incipiat.*

15 *Tutoris ſcientia nocet pupillo etiam quoad curſum temporis pe-*

tendi